UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Silentium

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

[...]latem. Ter. *Vide num eius color pudoris ſignum & ſquam in-*[...]
[...]etiam ſignum opus ſculptile, & ad alicuius animalis effi-[...]
[...]matum, vnde & ſigna & tabulas pro cælatis operibus atq;
[...]ſicimus. Hinc duodecim ſigna cœleſtia, quæ in Zodiaco
[...]a notæ quorundam animalium ſunt, quæ in his verſibus
[...]tur:

*Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,*
*Libraque, ſcorpius, arcitenens, caper, amphora, piſcis.*

¶ LOCI BIBLICI.

[...]a varia à Deo hominibus data: Noacho arcus cœleſtis in nu-[...], *Gen.9.v.12.13.* Abrahæ clibanus fumans, & lampas ignis, 15. [...] & toti poſteritati, Circumciſio, 17.*v.*9.10. Moyſi virga, [...]*4.v.2.3.&c.* Aaroni virga germinans, *Num.*17.8. Iſraelitis ſer-[...]neus, 21.*v.*6.7. *&c.* Gedeoni, *Iudic.* 6. *v.* 17. 18 eidem vellus, [...]Ezechiæ commoda rerum copia ſine cultura, 2.*Reg.*19.19. ei-[...]rologium, 20.9.*Eſa.*38. 7. Achaz Regi promiſſio Meſſiæ 7. [...]14. Domui Iſraël later & ſartago ferrea, *Ezech.*4. *v.*1.2.3. [...]mentibus Tau in frontibus, 6.*v.*6.7. Scribis, Phariſæis, & [...]credulis & obcœcatis ſignum Ionæ Phrophetæ, *Matth.*12.39 [...] *Marc.*8.11 *Luc.*11.29. Signum Ionæ Prophetæ, pro, ſimile ſi-[...]næ Prophetæ. Sic peccata Manaſſis, 2. *Reg* 24. 3. munus vel [...] Moſis, 2. *Paral.*24.6. iniquitas Patrum, *Exod,*34.7. contra-[...] Core, & error Balaam, Iudæ, *v.*11. aliaque plurima τερατικῶς, [...]dem eſſent, eodem modo appellantur. Signa è cœlo, *Matt.* [...]cantur, qualia edidit Ioſue, Solem ſiſtens. *Ioſue.*10.13. Samuel [...]ua eliciens, 1.*Sam.*12.17. Eſaias vmbram regredi iubens in ſo-[...] *Reg.*20.11. vel potius Moyſes, quum Mannam Deus cœlitus [...], quod eſſe veriſimilius videtur, *ex Ioan.*6.30.31.32.33. colligi [...] ſignum pro inſigni aliquo Domini facto, ſiue quo conſole-[...] etiam quo puniat, vt *Deu.*28.37. 1. *Cor.* 14. 22. ſignum Cir-[...]nis, pro ipſa Circumciſione, *Rom.*4.11. ſignum Filii homi-[...] *Matth.*24.30. ſigna Diuinorum quam vana, *Eſa.* 44. 25. ſigna [...] *Eſth.*4.*v.*1.3. ſigna appellationem à rebus, quas ſignifi-[...]nuantur, *Gen.*17.13. *Exod.*12.11. *Ezech.*5.*v.*1.5. *Matth.* 26. *v.* [...] *Sam.*15.1. *Cor.*5.7 *&* 10.4. *&* 11. *v.*42.25. ſigna fidem in Chri-[...] ſubſequentia, *Marc.* 16. *v.* 17. 18. ſigna multo plura à Chriſto [...] quam literarum monumentis commendata, *Ioan.*10.30. ſigna [...]ad quid proſint, *Ierem.* 51. 63. *Ezech.*4.1. *Matth* 10.14. *Luc.* [...] ſignorum eiuſmodi vſus, *Marc.*9. *v.*36.37. *Act.*4.31. *&* 13 51. *&* [...] 18.6. *&* 21.11. ſigna aduentus Chriſti diem præceſſura. *Mat.* [...] *Marc.*13.*v.*4.5.6. *Luc.*21.*v.*8.9. ſigna futurorum, *Gen.* 9. 12. [...] *Ioſ.*2.18.1. *Sam.*2.34. *&* 10.2.2. *Sam.*5.24.2. *Reg.*19.29. *Tob.*5. [...] *Luc.*2.12. ſigna in memoriam præteritorum, *Exod.* 12. *v.* [...]15.38. *&* 16. *v.*38.40. *&* 17.10, *Ioſ.*4. *v.*6. *&c.* ſigna & miracu-[...] vt per illa omnipotentia, veritas, iuſtitia, & bonitas Dei in-[...] *Exod.* 4. *v.*2.6. *&* 7.17. *&* 16.12. *Ioſu.*3. *v.*10,14. 1. *Reg.*13.4. *&* 17 [...]38. *&* 20. *v.*13.28 2. *Reg.*5.14. *&* 20.9. *Matth.*8.26. *&* 9. 2. *&* [...] ſigno certificatur Ionatha, 1. *Sam.*14. *v.*14. confirmatur Saul, [...]

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

[...]gnis congrue vtimur in hac vita ad diuina: & ex his ad ſimpli-[...] & vnitam intelligibilium ſpectaculorum varietatem modo [...] proportionis aſſurgimus, & poſt noſtram omnem intelli-[...] diuinorum ſiſtentes intellectuales actiones noſtras ad ſub-[...] eſſentiam radium, quantum fas eſt, contendimus. *Dion.* [...] *de diuin. nom.*

[...]gnis & figuris melioribus apud Platonem meliora recte ſigni-[...]tur. *Ficin. in Plat. de Repub. dial.*8. *c.*16.

[...]gna ſex à Cancro exordientia, quia recte procedunt, horas du-[...] paulo plus occupant aſcendendo: ſex reliqua, quæ à Capricor-[...]ciunt, quoniam exoriuntur oblique, citra duas horas aſcen-[...] *idem in Plot. En.*2. *lib.*3. *c.*7.

[...]gna cœleſtia in corpus numina, quæ illis præſunt, in animam [...] ad ſingulas artes infundunt. *Ficin. in Platon. conuiuium.* [...]*cap.*5.

[...]gnorum mutatio, vt quæ in firmamento ſunt, non ſubſint iis, [...] in nona Sphæra, maximam rerum mutationem affert: [...]ciunt mutationes per acceſſum imaginum ad meridiem, & [...]ceſſum multis ſeculis reſtitutum: nec prius priſtinam recupe-[...] felicitatem, quam ad priſtinum reuertantur. *idem in Plot.* [...]*l.*3. *c.*16.

[...]gna cœleſtia quadrata, vel oppoſita contrarias habent qualita-[...]quadrata vtraſque, vel agentes ſaltem, oppoſita altera tantum [...]tate ſaltem. *Io. Pic. Mirand. in Aſtrol. l.*3. *c.*16.

[...]gna ita iuncta ſunt & diuiſa, vt non quærant nuturæ proprie-[...] ſed numeros ad ſupputandum opportuniores. *Id. ib. l.*9. *c.*4.

[...]gna, & fines alii apud alios fuere, & nihil decretum, Abraham [...] de natiuitatibus duplex fieri thema præcipiebat, alterum ad [...] ſigna, alterum ad immobilia: qua thematis varietate tota [...]ionum ratio variatur. *ibid.*

[...]gnorum, quæ ſunt in partibus, fortiora ſunt ea, quæ accipiun-[...] motibus manifeſtis, & ſecundum motus & figuram. *Ariſtot.* [...]*c.*5.

[...]gnorum vnum ita ſe habet, vt ſingulare ad vniuerſale: alterum [...]uerſale aliquod ad particulare: & horum quod neceſſarium eſt, tecmirium appellatur, quod non neceſſarium, caret nomine. *Rhetor.* 1.

Signum eſt alterius aliud: non quoduis cuiuſuis, ne quis omnis omne, ſed quod aut ante fuerit, aut in ipſo negotio, aut poſt fieri conſueuit. *Ariſt. Rhet. ad Alex. c.*12.

Signa alia efficiunt opinionem alia ſcientiam, *ibid.*

Signorum nobis copia erit, ex ſingulis, quæ dicuntur, quæ geruntur, & videntur, & ex teſtimoniis, teſtificatis, ex noſtris, ex aduerſariorum fautoribus, ex ipſis illis, ex prouocationibus, ex temporibus, & ex aliis multis. *ibid.*

Signa à probabili, ab argumento, coniectura, & ſententia differunt, quia reliqua opinionem faciunt; ſignorum autem quædam, vt etiam perſpicue hi cognoſcant, efficiunt: & ſigna plurima ſuppeditare ſolent, quod reliqua facere non poſſunt. ſigna opinionem faciunt aliquam, argumenta omnem veritatem docent. *Ariſt. Rhe. ad Alex. c.*14.

Signum ſemper rem conſequitur: accidens poteſt etiam extrinſecus aduenire. *Alex. & Euſt. in* 2. *Poſt.*

Signum in coniecturam & æquiuocum ſignum diuiditur: & eſt vel rei exiſtentis vel cum re ſignum, vel poſterius. *Ioan. Gram. in* 2. *Prior. cap.*27.

Signum dicitur proprie, & metaphorice. Proprie eſt idem quod imago. Metaphorice dicitur ad imaginis ſimilitudinem. *Albert. Magn. in Prior.*

Signum colligimus ex naturalibus paſſionibus loco mediorum enthymematibus poſitis. *ibid.*

Signum oſtenditur per paſſionem, & per viam ſenſus. *ibid.*

---

# Silentium.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

Silentium, Hebr. *Demamah*, Domitura, & *Dumam*, ſepulchrum, locus ſilentii, vbi corpora mortuorum perdomita ſilent: à verbo *Damam*, domitus eſt, redactus eſt in alienam poteſtatem, nec reſponſauit. 2. *Chereſch*, à verbo *Charaſch* quod in 3. coniugatione eſt *Cheriſch*, tacitus ſecum cogitauit, ſiluit. Dicitur ſurdus *Chereſch* quod auditus eius ſileat, 3. *Scheket*, quies tuta dicitur ſilentium, à verbo *Schakat*, Quieuit ſub ſcuto alicuius, ſecure & quiete vixit, tutus & tranquillus fuit. Silentium certe eſt plærunq; modeſtis ingeniis ſcutum aduerſus mundi tumultus tutiſſimum.

¶ BIBLICI LOCI.

Silentium pro ſedata expectatione, &, vt ita dicam, pro conquieſcentia, *Eſa.*30.15. ſic accipiunt nonnulli & *Pſalm.* 56. 2. Silentium ſuo tempore ſeruandum, *Prou.*25.29. *Iac.*1. 19. ſilere vtile eſt, *Prou.* 17.26. *Eccl.*3.20.6 *&* 32.12.

¶ PATRUM SENTENTIAE.

Silendi patientia, oportunitas loquendi, & contemptus diuitiarum, ſunt maxima fundamenta virtutum. *Amb l.*1. *de Officiis.*

Ille ſcit recte dicere, qui & ordinate nouit tacere. *Gregorius in Moral.*

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Comici Græci.

Οὐδὲν σιωπῆς ἐστὶ χρησιμώτερον.
*Vtilior haud eſt vlla res ſilentio.*
Σιγὴ ποτ᾽ ἐστὶν αἱρετωτέρα λόγου.
Ἐνίοις τὸ σιγᾶν ἐστὶ κρεῖττον τοῦ λόγου.
*Aliquando verbis melius eſt ſilentium.*
Κρεῖττον σιωπᾶν, ἢ λαλεῖν ἃ μὴ πρέπει.
Καὶ δεῖ σιωπᾶν καὶ λαλεῖν, ὅπου χρεών.
*Satius tacere, quam loqui quæ non decet.*
*Et in loco tacere, & in loco loqui.*
Ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχε.
*Sile, meliora vel loquere ſilentio.*
Πολλοῖς ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει.
*Pleriſq; reſponſi vice eſt ſilentium.*
Εὐκαταφρόνητόν ἐστι σιγηρὸς τρόπος.
*Taciturnitas eſt plurimis contemptui.*
Ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐστιν αἰτία κακῶν.
*Pleriſque lingua dat malis originem.*
Ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν.
*Peroſq; lingua funditus peſſundedit.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Nihil æque proderit, quam quieſcere, & minimum cum aliis loqui, & plurimum ſecum. *Senec.*16. *epiſt*

In hoc incumbe, vt libentius audias, quam loquaris: quod tacitum velis, nemini dixeris. Auribus libentius quam lingua vtere. Quicquid dicturus es, ante quam aliis, tibi dixeris. *Sen de morib.*

Taciturnitas ſtulto homini pro ſapientia eſt: tacere qui neſcit, neſcit loqui. *Idem in Prou.*

Res omnium difficillima, tacere & audire. *Gell. l.* 1.

Mire ſilentio, & tenebris animus alitur. *Plin. in l. 9.*

Loqui ignorabit qui tacere neſcit. *Pittacus.*

Grues cum ex Cilicia deuolent, lapillos in os ſumunt, atque ita Taurum montem aquilis plenum tuto tranſuolant, idq; noctu: ita tutiſſimum vbique ſilentium, *Plut.*

Silentium mulieri præſtat ornamentum, *Ariſt. pol. 1.*

Nunquam me pœnituit tacuiſſe, quod locutus ſum. *Simonid.*

Silentium ſapientibus reſponſi loco eſt. *Eurip.*

Obſigna verba ſilentio, ſilentium autem occaſione, *Demetrius Phaler.*

Pauca loquentibus paucis legibus opus eſt. *Plutarchus de educat. liber.*

Nemo ſtultus tacere poteſt. *Diog. l. 1.*

## ❡ Apophthegmata.

*Pythagoras.* Eius de ſilentio ſcite dicta ſunt hæc: Aut ſile, aut affer meliora ſilentio. Aut ſilentium tempeſtiuum, aut orationem vtilem habeas. Verba ſilentio, ſilentium tempeſtiuitate claudas. *Stob. ſerm. 34.*

*Socrates* admonebat ſuos diſcipulos, vt tria præcipue in omni vita haberent: In animo Prudentiam, in vultu Verecundiam, & in lingua Silentium. *Max. ſerm. 12.*

*Pittacus* præcipiebat, vt ea quæ facturi ſumus, non aperiamus loquaciter aliis: ne, ſi male perfecerimus, digne derideamur. *Max. ſerm. 20.*

*Solon,* inter pocula tacitus, interroganti Periandro, an propter verborum inopiam, aut ob ſtultitiam taceret? reſpondit: Atqui nullus ſtultorum in conuiuio ſilentium præſtare poteſt.

*Idem,* ſermonem ſilentio, ſilentium autem temporis occaſione obſignandum eſſe dicebat. *Stob. ſerm. 3.*

*Chilon* rogatus, quid eſſet difficile? Arcanum, inquit reticere. Tanta eſt linguæ, omnium maxime volubilius, incontinentia, cum alioqui nihil videatur facilius, quam ſilere. *Laert.*

*Bias,* apprime decorum illi eſſe ſilentium, dicebat, quibus indecora impuraq; eſſet vita. *Stob.*

*Democritus,* quum animaduertiſſet quendam multa imperite diſputantem: Hic, inquit, non dicendi peritus mihi videtur, ſed omnino tacendi imperitus. *Max. ſerm. 20.*

*Diogenes* ad quendam, qui ſe contentioſe philoſophum profitebatur: Vah miſer: inquit, cum id quod optimum eſt in vita philoſophi corrumpas, verbis tamen audes te philoſoppum iactare. Eſt autem philoſophi etiam munus ſilere, cum res reſponſione digna non eſt. *Stob. ſerm. 31.*

*Cleanthes.* Cuidam ab eo petenti dictum aliquod, quod crebro occineret filio ſuo, protulit ex Electra, σίγα σίγα, λεπτὸν ἴχνος, id eſt, Tace, tace, tenue veſtigium. Innuens pueris maxime conuenire ſilentium. *Laert l. 7.*

*Idem,* cum quidam ad tacentem Cleanthem dixiſſet, Tu quid taces? atqui iucundum eſt cum amicis confabulari. Iucundum quidem reſpondit Cleanthes: ſed quo iucundius eſt, eo magis in hoc amicis oportet concedere. *Stob. ſerm. 31.*

*Zeno Cittieus.* Ptolemæi legatis, qui multos eruditos ad conuiuium inuitaraat, percontantibus, quid de ipſo regi ſuo eſſent renũtiaturi? ait, Vidiſſe vos ſenem, qui in conuiuio tacere nouerit. Cum enim cæteri ad oſtentationem multa dixiſſent, vnus Zeno perpetuum tenuit ſilentium. *Laert. l. 7. c. 1. Stob ſer. 32. Max. ſer. 20.*

*Simonides* dicere ſolebat, nunquam ſe pœnituiſſe ſilentii, ſermonis autem ſæpius. *Ant. in Meliſſ par. 1. ſer. 73. Max ſer. 20.*

*Idem,* dicebat, eorum hominum, quorum indecora vita eſt, maximum decus eſſe ſilentium. *Ant. in Meliſſ. part. 1. ſer. 73.*

*Xenocrates,* cum in conuiuio cæteris multa garrientibus, ſolus nihil diceret: interroganti, cur vnus omnium ſileret? Quoniam, inquit, loquutum fuiſſe pænituit aliquando, ſiluiſſe nunquam. *Hoc Plut. in libello περὶ τῶν ὑγιεινῶν tribuit Simonidi. Sed Laert. 4. cap 2 Xenocrati tribuit & Val. Max. etiam l. 7. c. 2.*

*Idem,* ſingulas diei partes diuidens in actiones certas, ſuam etiam ſilentio partem reddebat. Docens, ſilentii rationes vtiq; adhibendas eſſe. *Max. ſerm. 20.*

*Heraclitus* rogatus à quibuſdam, cur taceret? Vt vos, inquit, loquamini. *Bruſ cont. l. 6. c. 6. exemplorum.*

*Anaxarchus.* Multarum rerum cognitionem homines aut valde iuuare, aut valde lædere dicebat Iuuare enim virum dextrum & commodum: lædere vero illum, qui facile quemuis ſermonem & apud quoſuis eloquitur. Oportet autem occaſionis modum noſſe, is enim ſapientis terminus eſt. Qui vero intempeſtiue cantilenam muſicam quamuis docte cecinerit, illi non approbantur, ſed crimen ſtultitiæ ſubeunt. *Stob ſerm. 32.*

*Ariſtoteles* Calliſthenem, auditorem ſuum ad Alexandrum mittens monuit, vt cum eo quam rariſſime aut quam iucundiſſime loqueretur. Quo ſcilicet apud regias aures vel ſilentio tutior, vel ſermone eſſet acceptior *Plut. in Alex. Laer. in Ariſt. Val. Max. l. 7. c. 2.*

*Idem,* cum percontaretur, quid eſſet in vita difficilimum? Tacere, inquit, quæ loqui non decet. *Max ſerm. 20.*

*Idem* dicere ſolitus eſt: Qui ſilere non nouit, is neque loqui ad modum ſcit. Nam quærente quodam, quæ res hominin[...] difficilima? ait, Silere tacenda. *Stob.*

*Idem* interrogatus quam ob rem, cum alios doceret lo[...] taceret? reſpondit: Cos quidem ipſa non ſcindit, cultro[...] cuit. *Ant. in Meliſſ. part. 1. ſer. 73. Verum hoc Iſocrati adſcrib[...] ſerm. 20*

*Idem,* interrogatus à quodam, quis arcanum ſermone[...] nere poſſet? reſpondit: Qui carbonem quoque ignitu[...] retinere poteſt. *Ant. eod. ſerm.*

*Dion,* naturam probe egiſſe dicebat, quæ geminas aure[...] guam vnicam nobis fabricarit: quo ad audiendum eſſem[...] ad loquendum promptiores. *Stob.*

*Iſocrates,* duo dicendi tempora ſtatuenda dicebat. Vel d[...] certo nouimus, vel de quibus dicere eſt neceſſarium. In [...] ſolis oratio ſilentio præſtat, in aliis melius eſt ſilere qu[...] *Max. ſerm. 20.*

*Idem* dicere ſolebat, improbi hominis, quaſi taciturni [...] tium magis quam vocem timendam eſſe. *ibid.*

*Demoſthenes,* cum adoleſcens quidam inter pocula mu[...] effutiret, & tacere nollet: Adoleſcens: dixit, quomodo no[...] ſti tacere ab illo, à quo didiciſti loqui? *Ant. in Meliſſ. par[...]*

*Apollonius,* ſummo ſtudio adnitendum dicebat, ne te[...] verba parum decentia elabantur. Conſtat enim quam m[...] ſit ſilere non poſſe: tum effutire palam cum turpitudine, [...] neſtius obticuiſſes. *Stob.*

*Idem* dicebat, cum in alios atq; alios errores & periculo[...] elabi palam ſit: mirum, quantam ſecuritatem præſtare [...] citurnitas. *Stob.*

*Euripides*: cuidam opprobranti graueolentiam oris: [...] mirum, inquit, in illo occulta computruerunt: Signific[...] continere arcana. Solent autem res in occulto congeſta [...] ſcere. *Eraſ. l. 8. apoph. Idem Demoſtheni ab aliis attribu[...]*

*Epictetus,* in omni negotio nihil adeo proſpiciendum [...] bat, quam vt tutum ſecurumq; ſit quod agitur. Eſt au[...] inquit, tacere quam loqui. *In Enchiridio.*

*Iſocrates,* Careo loquaculus volebat ab Iſocrate orat[...] Sedis, duplicem mercedem mihi dari, inquit, poſco: al[...] qui, alteram, vt tacere diſcas. *Stob.*

*Plutarchus.* Verborum, rei leuiſſimæ, inquiebat, gra[...] na, & apud Deum & apud homines, comes eſſe ſolet. S[...] ro cum vbiq; culpa vacet, tum maxime in aliorum co[...] quid egregium, Socraticum, aut potius Herculeum p[...] quidem & Hercules, ne gry quidem odioſa verba cunb[...] *quomodo quis ab hoſtib. iuuetur.*

*Philippidi Athenienſi,* qui ob virtutem charus acper[...] liaris Lyſimacho regi erat, Lyſimachus cum dixiſſet, Nun[...] rum ſuarum expeteret? reſpondit: Solum ô rex, ne ar[...] orum quidquam mihi credas. *Plut.*

*Epaminondas,* audiendi potius quam loquendi cupid[...] minem debere putabat: Quod ſciret, ex audiendo do[...] loquacitate autem pœnitentiam naſci. De eo etiam d[...] minem vnquam viſum eſſe, qui plura ſciret & pauciora lo[...] *Plut.*

*Hieron,* arcana enuntiantes iniuriam facere dicebat, [...] quibus enuntiarent. Odimus enim non ſolum eos qui e[...] verum eos etiam, qui quæ nolumus audierint. *Max. ſerm.* [...]

*Cæcilius Metellus,* quum in bello omnia proprio & [...] lio ageret, amico cuidam interroganti quidnam iam a[...] poſt Abrachos in Macedonia ſubactos? Tunicam, inqu[...] exurerem ſi eam conſilium meum ſcire exiſtimarem. Quo[...] cuit non temere animi noſtri propoſitum effutiendum [...] bus, ſed ſilendum ad ſuum vſque tempus. *Plin. c. 61. de v[...] ſtris. Plut. in apoph. Rom. Front. l. & c. 1.*

*Quum Catoni,* qui poſt dictus eſt Vticenſis, etiamnum [...] tio daretur taciturnitas (nec enim cum pueris exerceba[...] quoquam audiri volebat) ait: Carpant taciturnitatem, [...] tam probent. Et addidit. Tum demum abrumpam hoc [...] lentium cum eo loqui potero, quæ ſunt indigna ſilentio. [...] *Bruſ. l. 9. c. 5.*

*Tiberius.* Cum aliquando percontaretur, cur ſua con[...] cum aliorum quoque, qui ei non male vellent, conſiliis c[...] caret? reſpondit: Principis animum aut nemini, aut pauc[...] tum eſſe oportere. Senſit autem, non omnia credenda [...] micos eſſe venditent: quibus quum aliquid ſecreti comm[...] mere rimarum pleni effutiunt: non cogitantes, principes [...] lorum garrulitate ſæpenumero aut periclitari, aut prod[...] *Dion.*

## ❡ Similitudines.

*Plutarchi.* vt vas experiamur, aquam, non vinum inf[...] Ita friuolum quiddam aliquando committendum ami[...] ſilentii fidem experiamur, vt ſi effutiant, nihil ſit per[...] *Moral.*

*Vt egregius* artifex iaculandi, ſtatim ſcopum petit: Ita [...] pauca loquitur, ſed ad rem. *ibid.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...ſteria cum ſilentio ſpectantur: Ita quædam melius lau-
...ſilentio, quam oratione. *ibid.*
...cum ex Cilicia deuolant, lapillos in os ſumunt, atque ita
...montem aquilis plenum tuto tranſuolant: idque noctu,
...prodat: Ita tutiſſimum vbique ſilentium. *In Moral. & Plin.*
...atque *Ariſt. de nat. l. 6. c. 10.*
... Muta cicada pro miraculo eſt, quod ipſum genus ſit gar-
... ſint autem huiuſmodi in agro Rhegino: Sic magis admi-
... conſtantiam & ſilentium in fœmina, quod ipſum genus
...le ſit & loquax, *l. 11. c. 27.*
...neri. Vt eſt infame, vbiq; multa effutire. Ita eſt illiberale, vbi-
...ſſe ſilentium agere. Nam qui nouit opportunitatem tacendi,
... nouit etiam viciſſitudinem loquendi. *in apoph.* 105.

¶ Exempla Biblica.

...ntii & taciturnitatis, *Exempla*: Aaron, *Leu.* 10.3. Anna, 1. *Sam.*
...muel, 3.15. Saul, 10, *v.* 16.27. Abigail, 25.36. Eliſæus, 2. *Reg.* 2.3. po-
...Iudaicus, 18.39. *Neh.* 5.8. Tobias ſenior verba iniurioſa gemitu
...ymis ex cepiſſe legitur, *Tob.* 2.22. & 3.1. Eſther, *Eſth.* 2. *v.* 10.20
...29. & 39,36. Dauid, *Pſ* 32.3. Sobna cum collegis, *Eſa.* 26. 21.
...us 42.14. Chriſtus, *Matth.* 26.63. & 27.14. *Marc.* 15.5 Dei pa-
..., *Luc.* 2. *v.* 19.48. Petrus, Iacobus & Ioannes, Apoſtoli, 9.36.
... *Act.* 13.16. & 21,40. Sororis Pauli filius, 23.21.

¶ Profana Exempla.

...*gerona Dea*, Præſes ſilentii, obſignato ore antiquitus efficta
...deque ſemper à Romanis culta: vt ſilentio apro nil melius
...enderent. *Alex. l. 4. c. 16.*
...*ud Eleuſinios* capitale erat, quicquam ex myſteriis in vulgus
...pariter apud Romanos in ſacris Bonæ deæ. *Theat. Zuing.*
...*ma Pompilius* quum vaticiniorum plurima in Muſas referre
...ſſet, vnam ex iis præcipue à Romanis coli voluit de ſilentii
..., Tacitam nomine. *Cælius l. 21. c. 45. A, L.*
...que quod publico concilio ſtatuendum erat, miro ſilentio de-
...ant: ſi quis autem fremeret aliquo concionante, parte ve-
...rabatur. *Alex. l. 4. c. 11.*
...*llonius Tyaneus*, quinquennium integrum ne verbum qui-
...locutus traditur. *Phil.*
...*dicorum* taciturnitatem iureiurando adſtringit Hippocrates:
...quæ celanda ſunt ægrorum vitia, quæ fidei concredita, cui-
...exoterico effutiant. *Zuing. in Theatr.*
...*Pythagoræ ſchola* quinquenne ſilentium indicebatur audito-
...quam ἐχεμυθίαν vocant, à cohibendo ſermone: ne quæſtio-
...& altercationibus implicarentur: neque à temeraria pro vo-
...ſed & à ſobrio & attento ſilentio ſapientiam auſpicarentur.
...*l. 2. c. 2.*
...*Turcorum* caſtris noctu tam pertinax ſilentium: vt patiantur
...dilabi, ne tumultus excitetur. *Cuſpinianus.*
...*ricl ea* nutrix Vlyſſem xx. demum anno domum reuerſum ex
..., dum pedes eius lauat, agnouit: & ne eum proderet, ſed ſi-
...m teneret, rogata reſpondit:

Ἕξω δ᾽ ὡς ὅτε τις στερεὴ λίθος ἠὲ σίδηρος.

...*ſanna*, de flagitii crimine pertinaci ſilentio ſe purgauit, non
...ata oratione. *Lud. Viues de Chriſtiana fœmina lib. 1.*

¶ Emblema.

Silentium.

Emblema xi. Andr. Alciat.

*Cum tacet, haud quidquam differt ſapientibus amens*
*Stultitiæ eſt index linguaque voxq; ſua.*
*Ergo premat labia, digitoq; ſilentia ſignet:*
*Et ſeſe Pharium vertat in Harpocratem.*

*Videtis. Lingua, Taciturnitas, Sermo.*

---

# Similitudo.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

...ilitudo, Græce ὁμοιότης, ητος, ἡ, & ὅμοιος, ου, ὁ, ſimilis dicitur. Eſt ...utem ſimilitudo relatio æquiparantiæ: non tamen ſemper de-nominat vtrumque extremorum, ſed tantum quando forma ...qualiter & eadem ratione in vtroque extremorum. *ex B. Tho.* ...*art. q. 4. art. 3.*

¶ Locus Biblicus.

...militudinis & figuræ vocabulis interdum ipſa rei veritas ſigni-...tur. *Phil.* 2.7.

¶ Sententiae Poeticae.

Plaut. Menech.

*Namq; ego hominem homini ſimiliorē nunquā vidi alterū.*
*Neq; aqua aquæ, nec lac eſt lacti, crede mihi vſquā ſimilius,*
*Quam hic tui eſt, tuq; huius.*

Hor. 1. Epiſt. 18.

*Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; iocoſi,*
*Sedatum celeres, agilem gnauumq; remiſſi.*

Plaut. Moſt.

*Poſtremo, ſi dictis nequis perduci, vt vera hæc credas,*
*Mea dicta ex factis noſce, rem vide, quæ ſim, & quæ fui ante.*
*Nihilo ego, quā nūc tu, amata ſum, atq; vni modo geſſi more*
*Qui pol me, vbi ætate hoc caput colorem commutauit,*
*Reliquit, deſeruitque me, tibi itidem futurum credo.*

Ouid. 2, Pont. 5.

*Scilicet ingeniis aliqua eſt concordia iunctis,*
*Et ſeruat ſtudii fœdera quiſque ſui.*
*Ruſticus agricolam, miles fera bella gerentem.*
*Rectorum dubia nauita puppis amat.*

¶ Apophthegmata.

*Anonymus.* Proconſul quidam Romanus in Sicilia, conſpicatus quendam adoleſcentem admodum ſui ſimilem, rogauit ſimilitudinis cauſam, num pater ſuus nunquam adiſſet Siciliam, At meus, inquit, Romam frequenter acceſſit. Iocum retorſit Siculus, nihil veritus ſecures ac virgas proconſulis. *Bruſ. l. 6.*

*Anonymus.* Auguſto Cæſari perquam ſimilis Romam venerat, & ita ſimilis, vt omnium ora in ſe conuerteret. Produci ergo Cæſar hominem iuſſit, viſumque interrogat: Dei (ait) adoleſcens, fuitne aliquando mater tua Romæ? Excepit adoleſcens, & hunc in modum Auguſto reſpondit: Mater mea nunquam fuit Romæ, ſed pater perſæpe. *Macrob. Plut. in Rom. apoph. Eraſ. l. 4. apoph.*

¶ Adagia.

De grege illo eſt.

*Id eſt: Eiuſdem factionis aut contubernii.*

Eiuſdem farinæ. *Item.* Noſtræ farinæ.

*De iis, inter quos indiſcreta eſt ſimilitudo. Huc illa quoque refer.* Eadem cera. Idem puluis. Eiuſdem notæ. Eines Schlags.

Non eras in hoc albo.

*Hoc eſt. Non eras in hoc numero. Translatum ab albata tabula, in qua quondam ſcribebantur nomina iudicum.*

Non ſum ex iſtis heroibus. Οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν ἡρώων.

*Id eſt. Non ſum ex eorum numero qui propenſiores ſunt ad lædendum quam ad bene merendum.*

Patris eſt Filius. τοῦ πατρός ἐστι τὸ παιδίον.

*In eos, qui mores imitantur paternos, patribuſque ſunt ſimiles.* Er ſchlecht ſeinem Vatter nach.

Aphyarum honos. Ἀφύων τιμή.

*Vtemur, quoties humilibus exiguus quiſpiam honos contingit.*

Terra amat imbrem. ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα.

*Vbi quis deſiderat ea quæ ſibi nouit eſſe accommoda conducibiliaque.*

Vno tenore,

*Tenorem rei progreſſum vocant. Vnde quæ ſui ſimilia ſunt ſibiq; velut perpetua ſuccedunt ſerie, horum eundē eſſe tenorem dicimus.*

Boni ad bonorum conuiuia vltro accedunt. αὐτόματοι δ᾽ ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασι. Plato.

*Vtendum, vbi boni vltro ad bonos ſeſe aggregant etiam non inuitati aut vocati.*

Simile gaudet ſimili. ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. *Ariſtot.*

*Plana eſt ſignificatio. In eandem ſententiam Martialis.*

*Vxor peſſima, peſſimus maritus.*

*Miror non bene conuenire vobis.* Gleich vnd gleich geſelt ſich gern.

Malus cum malo colliqueſcit voluptate. κακὸς κακῷ γὰρ συντέτηκεν ἡδονῇ.

*In malorum ſeu improborum conſortia. Ariſtot.*

Æqualis æqualem delectat. ἧλιξ ἥλικα τέρπει.

*Similitudo eſt beneuolentiæ, conſuetudinis & familiaritatis conciliatrix.*

Æqualem tibi vxorem quære. τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

*Monet adagium, ne quis cupiditate aut ambitione allectus potentiorem ſe vxorem ducat, cuius non ſit maritus & dominus futurus, ſed miniſter aut mancipium. Poteſt etiam longius trahi, ad negotium videlicet ſuſcipiendum, cuius ſis conficiendo par & idoneus.* Vberweibe dich nicht. Item. Wer freyen will/ der neme ſeines gleichen.

Iugum idem trahere.

*Hoc eſt: negotii vices pariter ſuſtinere. Translatum à bobus arantibus.*

Cicada cicadæ cara, formica formicæ. Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμηκι δὲ μύρμηξ.

*Nota eſt formicarum politia, & cicadarum concentus, Theocri.*

Ouum ouo ſimile. *Velut alii.*

Non tam ouum ouo ſimile.

*De reb. indiſcreta ſimilitudinis. Cic. Eiuſdē ſignificationis ſunt.*

Quam apes apum ſimiles. Non tam aqua ſimilis aquæ. Non tam lacte lacti ſimile, Er iſt jhme ſo gleich / als were er jhme auß der Haut geſchnitten. Item. Eyer ſeynd Eyern gleich.

Furem fur cognoſcit, & lupum lupus. ἔγνω δὲ φὼρ τε φῶρα, καὶ λύκος λύκον.

*In coniunctionem & familiaritatem improborum iactari poteſt, Amant enim vulgo ſeſe mutuo qui ſimilib. laborant vitiis Ariſtot.* Ein Schalck weiß / wie dem andern vmbs Hertz iſt. Item, Ein Dieb kennet den andern/ vnd ein Wolff den andern.

Semper ſimilem ducit Deus ad ſimilem. ἀεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς πρὸς τὸν ὅμοιον.